



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

C. Bischof Heinrich von Lebus überläßt der Stadt Frankfurt den Ueberrest zu erheben, wenn ihm und seinem Kapitel von dem Versöhnungsgelde 6000 Marck Silber in den nächsten 9 Jahren gezahlt sein ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

C. Bischof Heinrich von Lebus überläßt der Stadt Frankfurt den Ueberrest zu erheben, wenn ihm und seinem Kapitel von dem Veröhnungsgelde 6000 Mark Silber in den nächsten 9 Jahren gezahlt sein werden, am 29. Juni 1354.

Nos Henricus, dei gratia Episcopus Lubucensis, tenore presentium publice profite-
mur, Quod si et postquam Nos et nostrum Capitulum Lubucense de tota pecunia nobis et ipsi Ca-
pitulo promissa ratione vnionis seu amicabilis compositionis facte et habite inter magnificum princi-
pem dominum nostrum Ludovicum Romanum, Marchionem Brandenburgensem, et
Ciues vrankenuordenses ex parte vna, ac nos et Capitulum nostrum predictum ex altera,
prout in litteris desuper confectis plenius continetur, Sex milia marcarum Brandenb. argenti infra
nouem annos continuos immediate sequentes sustulerimus et habuerimus; Extunc consules Vran-
kenuordenses partem residuam tollent integraliter et habebunt. In cuius testimonium sigillum
nostrum presentibus est appensum. Datum vrankenuord, in die beatorum petri et pauli aposto-
lorum, anno domini Millesimo CCC^o quinquagesimo quarto.

Nach dem Originale des Stadtarchives VIII, 1, 13.

CI. Bischof Heinrich von Lebus belehnt die Familie Lichtenberg mit einer Hebung aus dem Zoll
in Frankfurt und mit Besitzungen in Cliftow, am 20. Juli 1354.

In nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Trecentesimo quinquagesimo
quarto, Indictione septima, die vicesima mensis Iulii, hora tertia, Comparuerunt coram nobis, Hen-
rico, dei gratia Episcopo Lubucensi, discreti viri fideles nostri Johannes, Jacobus,
Conradus et Nicolaus, filii Henningi lichtenberch bone memorie, fratres, ac Nicolaus,
Gerko, Wilhelmus et Johannes, prefati Henningi, fratres, Ciues Vrankenuordenses,
proposuerunt, quod viginti tria frusta Brandenburgensium denariorum in Theoloneo Vrankenuor-
denfi et duodecim mansos in villa nostra Cliftow cum pleno iure et medium chorum siliginis
singulis annis in molendino cliftow, quorum omnium proprietas et directum dominium ad nos et
nostram ecclesiam Lubucensem pertinet, a nobis et successoribus nostris tamquam vasalli nostri
debeant optinere, petentes a nobis instanter, quod ipsis predicta omnia de nostro beneplacito in
pheedum conferremus. Cum igitur ex ordinatione dudum inter nos et fideles nostros Ciues Vran-
kenuordenses facta et habita proprietas predictorum reddituum et bonorum sic ad nos pertineat,
quod ipsa inpheedare possumus et valemus, Id circo attendentes grata et fidelia seruitia, que Jo-
hannes Lichtenberch et sui fratres ac Nicolaus lichtenberch et sui fratres supradicti
nobis et ecclesie nostre exhibuerunt et ad exhibendum in posterum se offerunt beniuolos et paratos,
predicta viginti tria frusta annuorum reddituum percipiendos in Theoloneo Vrankenuordenfi et
duodecim mansos in villa nostra Cliftow cum pleno iure necnon dimidium chorum siliginis singu-
lis annis percipiendum de molendino predictae ville Cliftow eidem Johanni lichtenberch et